



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Assertio Septem Sacramentorum Aduersus Mart. Lutherum

Heinrich <VIII., England, König>

Parisiis, 1562

Indvlgentiae sunt adulatorum Romanorum nequitiae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30233

INDV LGENTIÆ

*sunt adulatorum Roma-
norum nequitia.*



Vemadmodum animal omne potissimum ex facie dinoscitur, ita ex hac quoque prima propositione clarescit, quàm suppuratū ac putridū is habeat cor; cuius os amaritudine plenum, tali exundat sanie. Nam quæ de indulgentiis olim differat, ea plerisque multum videbantur adimere non modo de potestate pontificis, verum etiam de bona spe ac sancta consolatione fidelium, hominesque vehementer animare, vt in pœnitentiæ suæ confisi diuitiis, Ecclesiæ thesaurum & vltionem dei benignitatem contemnerent. Est tamē ea quæ tum scripsit omnia, idcirco mitius accepta sunt, quia pleraq; differebat duntaxat, non afferebat, subinde etiā petēs doceri, seseque pollicens meliora docenti pariturum. Verū istud quàm simplice scripsit animo, homo sanctulus, & omnia referens ad spiritum, qui fictum effugit.

*Lutheri fi-
ctio.*

Spiritußä-

hinc facileprehenditur, quòd simul at-
 que à quoquam salubriter est admonitus,
 ilicet pro benefacto regessit maledictam,
 conuiciis & cõtumeliis insaniens: quibus
 operæpretium est videre, quòd vesaniæ tan-
 dem prouectus est. Ante falsus est indulgẽ-
 tias haçtenus saltem valere, vt præter cul-
 pam etiam à pcenis absoluerent, quasçun-
 que videlicet vel Ecclesia statuerat, vel
 suus cuique sacerdos iniunxerat. Nũc ve-
 ro non eruditione, vt ipse inquit, sed ma-
 litia tantum profecit, vt sibi ipsi cõtrarius,
 indulgentias in vniuersum condemnet, ac
 nihil aliud eas dicat esse, quàm meras im-
 posturas, ad nihil omnino valere præter-
 quam ad perdẽdam hominum pecuniam,
 ac dei fidem. Qua in re quàm non seclera-
 te modo, verum etiam furiose bacchatur,
 nemo est qui non videt. Nam si nihil om-
 nino valent indulgentiæ, sed meræ sunt,
 vt Lutherus ait, imposturæ, tunc neces-
 se est impostores fuerint, non hic tan-
 tum Pontifex Leo decimus, cuius inno-
 cens & inculpara vita, moresque sanctif-
 simi ab incunte ætate per orbem totum
 satis explorati sunt, quemadmodũ in epi-
 stola quadam ad pontificem Lutherus

*Etus effugit
 fictum.
 Sapien. 1.*

*Lutherus
 sibi ipsi cõ-
 trarius.*

*Leo deci-
 mus.*

pe. 1. 3

etiam ipse fatetur, verumetiam tot retro
 seculis omnes Romani pontifices, qui,
 quod Lutherus ipse commemorat, indul-
 gere solebant, alius remissionem annuam,
 alius triennem, quidam aliquot condona-
 re quadragesimas, nonnulli certam totius
 pœnitentiæ partem, tertiam puta, vel di-
 midiam: aliqui demum remissionem in-
 dulserunt & pœnæ & culpæ plenariam
 Omnes ergo, si vera dicit Lutherus, fue-
 runt impostores. At quãta magis cum ra-
 tione creditur, hunc vnum fraterculum,
 morbidam esse ouẽ, quàm tot olim pon-
 tifices perfidos fuisse pastores? Nam Lu-
 therus, vt dixi, cuiusmodi vir sit, quàm ni-
 hil omnino charitatis habeat, euidentissi-
 me declarat, quum non vereatur tot sum-
 mis, tot sanctis pontificibus tantum crimẽ
 impingere. Si deus in Leuitico dicit om-
 nibus: Non eris criminator, nec susurro in
 populis: quid de Luthero censendum est,
 qui tam immane crimen non in vnum ali-
 quem hominem, sed in tam multos, tã ve-
 nerandos spargit antistites, idẽmque non
 in vna quapiam vrbe susurrat, sed per to-
 tũ buccinat orbẽ? Si maledictus in Deute-
 ronomio dicitur, qui clã percusserit pro-

Leuit. 19.

Deut. 27.

ximum, quanta maledictione percutitur, qui palam tantis opprobriis insultat in prepositos? Denique si homicida est, ut ait Evangelista, nec vitam habet eternam, qui odit fratrem: an non hic eterna dignus morte parricida est, qui odio prosequitur patrem? Qui quum eousque progreditur, ut neget indulgentias quicquam valere in terris, frustra cum eo disputem, quantum valeat in purgatorio.

Præterea, quid profuerit cum illo loqui, quibus subsidiis liberemur à purgatorio, qui totum ferme tollit purgatorium? Unde quum pati non possit ut pontifex quenuquam eximat, ipse sibi tantum sumit, ut neminem ibi relinquat. Quid attinet cum eo pugnare, qui pugnat ipse secum? quid argumentis promoueam si cum eo agam ut donec quod ante negauit, qui nunc id ipsum negat, quod ante donauerat? Verum quantumvis disputetur indulgentiæ pontificis, necesse est inconcussa maneant verba Christi, quibus Petro clauas commisit ecclesia, quum dixit: Quicquid ligaueris super terram, erit ligatum & in celo: & quicquid solueris super terram, erit solutum & in celo. Item quorum remiseritis peccata, remitten-

I. Ioan. 3.

Lutherus de purgatorio.

Matt. 16.

tur: & quorū retinueritis peccata, retine-
 buntur. Quibus verbis si satis cōstat sacer-
 dotē quēlibet habere potestātē à mortali-
 bus absoluēdi criminibus, & æternitatem
 pœna tollēdi, cui nō videatur absurdum,
 sacerdotū omnīū principem nihil habere
 iuris in pœnā temporariā? Verūm aliquis
 fortasse dicet, Lutherus ista nō admittet,
 sacerdotē, yllū quicquā ligare vel solue-
 re, aut pontificē summū plus habere pote-
 statis, quā alium quemvis episcopū, im-
 mo quā quēlibet sacerdotē. At quid id
 mea, quid admittat, aut quid nō admittat
 is, qui quorū nihil admittat nunc, eorum
 pleraq; paulo prius admisit, quiq; omnia
 nunc reicit solus, quæ tota tot seculis ad-
 misit ecclesia? Nā vt cætera taceā, quæ no-
 uus iste Momus reprehendit, certe indul-
 gētijs si pō: ifices peccauere qui cōcesse-
 rūt, immunis à peccato nō erat tota con-
 gregatio fideliū, qui eas tam diu tāto cō-
 sensu susceperūt. Quorum ego iudicio, &
 obseruatæ sanctorū consuetudini nō du-
 bito potius acquiescendum, quā Luthe-
 ro soli, qui totā ecclesiā tam furiose con-
 demnat: cuius non modo summum pon-
 tificē conuiciis insanis incessit, verum etiā

proclamare nō veretur, Pontificiū ipsum
inane prorsus nomen esse, nec re quic-
quam aliud esse censendum, quā regnū
Babylonis, & potentiam Nembroth ro-
busti venatoris: eoque lectores orat, orat
librarios, vt oīb⁹ quæ prius de papatu scri-
psit, exustis, hāc vnā propositionē teneāt:

*Lutherus lā
bras suos
denouet
igni.*

PAPATVS EST ROBUSTA
venatio Romani pontificis.



Illud hercle non absurdū
votum est, quod quæ antè
scripsit, flammis optat ab-
sumi. Erant enim pleraq;
flammis digna, sed multo
tamen ista propositio di-
gnior, quam exustis illis iubet velut di-
gnam aternitate substitui. Quanquā quis
non hic quoque, nisi qui malitiam norit,
miretur inconstantiam? Nam prius papa-
tū negauerat esse diuini iuris, sed humani
iuris esse cōcesserat. Nūc verò secum dis-
fidens, neutrius iuris esse cōfirmat, sed pō-
tificē sibi mera vi sumpsisse atq; vsurpas-
se tyrānidē. Sētiebat ergo pridē, humano
sānē cōsensu propter bonū publicū Ro-

*Lutherus
sibi cōtra
vius.*